

Beatissimo pa
tri et clemen
tissimo domino Pio se
cundo pontifici maximo
Iohānes de Turre crema
ta sabinensis episcopus. sancte Romane
ecclesie cardinalis sancti Sixti vulgarit̄
nuncupatus. post humilem recommen
dationem ad pedum oscula beatorū Per
scrutanti mihi studiose psalmoz librum
quem alij soliloquiū dicunt qđ est collo
cutio hominis cū deo singularit̄ vel secu
tantum. quozū utrūq; laudanti conuenit
et oranti. alij librum hīmnorum. hīmnus autē
est laus dei cum cantico. alij psalterium.
quia que intus diuina inspiratiōe dauid
percipiebat. hec modulato carmine p̄fere
bat. **A**dira occurrit pulcritudo sensuum.
et stillantiū medicina verborū et amplissi
ma copia virtutum ad omnem anime p̄
fectionem vt merito aptetur illud p̄phete
psal. abundantia in turribus tuis. id est i
psalmis tuis. q̄ recte turres appellari p̄nt.
tum propter incomprehensibilem altitudi
nem sapientie in eis contente. tum prop̄
indifferentis defensionis auxilium. quod
aduersus hostiles incurfus prestat in his
qui intento sensu et vigilanti mente psal
modiam omnipotēti deo nostro exoluūt
In his turribus est abundantia maxime
utilitatis. **N**lane hic psalmoz liber regi
strum est totius sacre scripture. et consum
matio totius catholice pagine. **A**lia nāq;
sūt vt ait Augusti. que p̄phete tradūt
alia q̄ historici libri. **L**ex quoq; alia. alia li
ber puerbiorū. **P**salmoz vero liber que
cūq; utilia sunt ex omnibus cōtinet. futu
ra predicat. **H**ic enim annūciatio xp̄i i car
nem futuri. **H**ic omnium xp̄i misteriorum
reuelatio. **H**ic communis resurrectionis
spes p̄dicat. suppliciorū met̄. glorie pollici
tatio. **L**iber iste veterū gesta cōmēmorat
legē viuētib; tribuit. gerendorū; statuit
modū. et vt breuiter dicā. cōmunis q̄dem

bone doctrine thesaurus est. **Q**uid enī
est qđ nō discatur ex psalmis. **H**ic omnis
magnitudo virtutis. norma iusticie. pud
cicie decor. prudentie consummatio. patien
tie regula. **P**salmodia vt ait Augustin⁹
fugat demones. angelos in adiutorū vo
cat. excitat deuotionem. placat deū. impe
trat veniam. hilarat animā. illuminat con
scientiam. **E**t Cassiodorus **P**salmodia ē
consolatio flentium. cura dolentium. sani
tas egrotantiū. anime remediū. miserorū
omnium refugiū. **V**erū hanc psalmoz
utilitatem qui pleni sunt supernis misere
rijs et singuli celesti dulcedine redūdātes
nemo plane percipit. nemo eorū suauita
tem degustare valet qui ipsorum psalmo
rum spiritualem intelligentiā in se latētes
non comprehendit. **N**on enim litterarū
sacrarū cortex sed medulla incluse sapien
tie est que mentes viuificat. reficit atq; ob
lectat. **N**on enim putemus inquit Hiero
nimus in verbis scripturarū esse euāgeli
um. sed in sensu. **N**on in superficie sed in me
dulla. **N**on in sermonū folijs. sed in radi
cerationis. **H**inc Augustinus ait. **I**n om
ni copia scripturarum sanctarū; operis
pascimur obscuris exercemur. **H**ic ad iu
deos littere obseruatores. inquit saluator
noster Ioban. v. **S**crutamini scripturas
ipse testimonium perhibent de me. id est
non litterarum exteriora tantum. sed int⁹
perquirite diuinorum sensuum thesaurū
qui intra fragile vasculum vilit̄ littere te
netur inclusus. **S**uper quo Chrysostom⁹.
ita ait **N**on ad lectionem simplicem scrip
turarum sed ad scrutationem exquisitā eos
misit. quia que de deo dicebantur in scri
pturis de super obumbrabantur. nec in su
perficie exprimebantur. sed vt quidā; the
saurus intus recondēbantur. **H**inc Aug.
in omelia quadā ait. **C**um d̄ diuinis ope
ribus que leguntur ipso inspirante qui se
cit intellectum alicuius mystice significati
onis scrutamur. quasi de obstructis fauicell
mella producimus. veluti xp̄i discipulos
imitantes. spicas manibus conficamus

ut ad latetia grana pueniam? **N**am manife-
ste necessaria esse dinoscit psalmodum itel-
ligentiam ut q̄s eoz suauitatem degustet
Percipitur autē bec psalmodū intelligen-
tia aut reuelatione diuina que docet suge-
re mel de petra, oleūq; de saxo durissimo
aut magistrorum doctrina quos ad diui-
nam elucidandam sapientiā ⁊ occulta p̄-
ducendū in lucē quasi diuinitatis organa
diuina prouidentia in ecclesia institutos
esse cognoscim⁹. **C**eterū beatissime pater
cum considerassem q̄ temporibus iaz no-
stris pauci sapientie student, pauciores p̄-
secutandis diuinis mysterijs insudāt, pau-
cissimi qui antiquozū sermone scientiaq;
clarissimozū patrū explanationes et com-
mentaria super psalmos perlegere curāt
venit in mentem meam ut inter alios stu-
dij mei labores hunc interponerem ut ex
sententijs gloriosissimozū ac p̄clarissimozū
rū. s. Hieronimi Augustini Remigij, et
Cassiodori qui hūc psalmodū libzū exube-
rantissimis fluminibus pfundissime iter-
pretati sunt aliquā breuem compendiosā
q; intelligentiā psalmodū exculperet que
pre ceteris a pluribus et etiam pauperib⁹
clericis haberi posset et itelligi. **Q**uod eo
maxime efficere cupiebam, quo augeri in
de bonozem dei existimabaz indubitatuz
habens q̄ cū ministri ecclesie latentia psal-
mozū mella degustarent, alacriori seruen-
tioriq; deuotione laudes dño decantarēt
Sed ecce mentem meam ab hac scribēdi
cogitatione alienabat senectutis pōd⁹, in-
firmitatū frequētia, latētis in psalmis sapi-
entie profunditas, parabolazū qb⁹ vallat
pene inexplicabilis obscuritas, ⁊ sup oia ex-
iguitas ingenij et imbecillitas intellectus.
Sz occurrit ex aduerso amor publice uti-
liuans, q̄ sol⁹ nomē difficultatis erubescit
qui q̄a ut ait **Elu**g, nibilitā durū atq; ferre-
um qd non amoris igne vincat. **I**mpulit
me vi sua victū ad p̄ceptū labores au-
dacter subeundū sub illi⁹ fiducia qui sapi-
entie fons est, q̄ et cecis visum, ⁊ mutis di-
cendi prestare copiam solet. **E**st autem in
bac explanatione psalterij aduertendum

q̄ virgule rubee non tantum supponitur
littere textus, sed etiam illis que loco litte-
rāq; expositio eius ponitur. **P**recor autē
omnes qui huius mei laboris fructuz gu-
stabit, dñm exorare, ut laborem ipsum a
mercede vacuū non sinat, sed pro sua de-
mentia beata vita cōpenset, quā elucidan-
tibus diuinā sapientiaz scriptura sacra te-
ste legitur pmisisse. **E**t q̄a beatissime pat̄
apostolice sedis iudicio omnia dicta mea
⁊ scripta submittere semp solitus sum, cre-
dens me non esse securum nisi sub ei⁹ mil-
tarem doctrina hanc psalmodū explanati-
onē sic diuina largitate studiolo meo ela-
boratam sanctitati tue in eadem sede digl-
sime p̄sidenti emendandā corrigendam
q; si opus fuerit, humiliter offero, q̄ nō so-
lum auctoritate sed ingenio ⁊ sapientiā p̄a-
stantissim⁹ habebis.

**Psalm⁹ primus in quo describe-
tur processus in beatitudinem**

Beat⁹ uir qui
non abiit a via recta
recedēdo in cōsilio ī-
pioꝝ pauis eozū ma-
chinatōib⁹ plēnendo
qui in via pctōꝝ nō stetit sed uia su-
az immaculata p̄curāde trāsiuit et qui
pestilētis dogmatis venena nō semina-
uit nec posteris p̄nicioie doctrine etēpla re-
liq̄t. **S**ed ī lege domini fuit vo-
luntas ei⁹ ut diuine legis mādata p̄fici-
at et ī lege ei⁹ adiplēda meditatur af-
sidue ī p̄speris et in aduersis n̄ tāū
lectione legis diuini obseruatione scūtatis
Et erit tanq; lignū qd plantatū est
sec⁹ fluēta aquaz virore diuine gracie
sp̄ viu⁹, q̄ bonozū opeꝝ plenitudine fecū-
dus fructū dabit tēpore vite sue di-
gnū felicitans eīne. **E**t uerba ei⁹ non
deslyēt a ueritate in mēdaciū ne in cassuz
sine utilitate s; ad alioꝝ eruditionē ⁊ salu-
tē p̄ficiēt et oia quecūq; faciet sem-